




33
*Hymnus sequens dicet diebus Dominicis et feriatis in officio.
De tempore ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam primam
Quadragesimæ.*

Nocte surgentes vigilemus omnes, semper in psalmis meditemur, atq;
voce concordi Domino canamus dulciter hymnos.

¶ **W** pio regi pariter canentes, cum suis sanctis mereamur aulam ingri-
cati, simul et perennem ducere vitam.

† **P**raestet hoc nobis Deitas beata Patris, ac nati, pariterq; sancti Spiritu
cujus resonat per omnem gloria mundum.

Ad Laudes Hymnus.



Ecce jam noctis tenuatur umbra, lux et aurora rutilans coruscat supplices
rerum Dominum canora voce precemur.

¶ **U**t reos culpæ miseratus, omnem pellat angorem, tribuat salutem, donet
et nobis bona sempiternæ munera pacis.

Praestet hoc nobis. &c ut supra. ✕

Diebus Dominicis
V Dominus regnavit, decorem induit:

R Induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute.

Diebus Feriatis
V In matutinis Domine meditabor in te.
R Quia fuisti adjutor meus.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo De-
nostro; in sæcula sæculorum, Amen.

Capitulum de FERIA.

Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum,
& induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

Diebus Dominicis Antiphona ad Laudes
Regnavit Dominus præcinctus fortitudine cum decore virtutum, cujus sedes parata est in æternu.